Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pugnator. Quare ipso dimisso cum sine intimas Grecorum inuit ipsos interficit et in sua ac suorum potentia Greci sunt dare terga coacti. Troianis Grecos insequentibus fugientes sed urgente die a solis occasu bellum dirimitur et utrique partis acies mutuo separantur.

Troianis quia intrantibus Ciuitatem et portis in necessaria firmitate conclusis sufficientibus excubiis [.i. custodiis] ordinatis quia fuerunt bello lassati nocturne quieti commode se dederunt. Mane uero facto Rex Priamus statuit eo die non esse bellum. Sed pro quibusdam secretariis suis misit pro hectore uidelicet paride. Troilo Deyphebo, Polidamas Antenore et Enea ut ad ipsum accedant. Quibus uenientibus et existentibus coram eo rex Priamus eis dixit hec uerba. Nostis qualiter Regem Thoas carcer noster tenet inclusum qui in multo furoris audacia non offensus a nobis in nostre Ciuitatis exterminium et nostrorum penitus excidium inuerecunde accessit. Quare michi iustum uidetur ut per nos iniqua morte pereat qui uoluit nos perire. Vel uel sit furca suspensus uel alio modo neque detruncatus quod inde uobis indicium per uos in consilio salubri pandatur. Eneas autem qui primus ad Regis uerba Rendit humiliter dixit. Regi absit a uobis domine mi Rex Ut ad tantum facinus uiri nobilitas protrahatur cum Rex Thoas sit de nobilioribus Grecie multis subfultus consanguineis et amicis et uos cum beatis multos qui carcere sunt uobis possessi eorum aliquos a Grecis intercipi. Quem Greci pena simili afficerent cum uobis quod facere permaxima mundi parte uos sic facere esse aliquatenus non uelletis. Et sic magis re uera salubre est Rex Thoas captum saluabitur conseruare qui pro aliquo uestrorum in bello similiter intercepto posse recuperationis aut permutationis beneficio commutari. Hector autem Enee consilium ut potuit laudabile satis probat. Sed Rex Priamus adhuc in suorum ultorem intentione persistens iterum dixit eis. De sic detrecuentis faciendum iam. Greci putabunt et dicent nos esse repente timore consulsos quod de offendentibus non nos habere audaciam faciendi iustitiam nec ulcisci. Quinimo de hoc totus uestri consilio iudicio conquiescam. Et sic consilio fine facto Eneas ad uidendum helenam se uelle dixit ire accedere. Quare Troilum et Antenorem secum ducit et eis intrantibus aulam pulcritudinis ubi tunc Regina hecuba que cum helena residebat in continua multorum nobilium mulierum. Eneas et Troilus helenam uisi sunt multis affectuosis sermonibus confortare. quam Regina Ecuba ut potuit sapiens et discreta eos ad tuitionem personarum eorum Ciuitatis Troie Regis Priami satis deuotis et suorum necnon Troianis neque occasorum nimium tacito murmure conquerentium. Et dicunt se fuisse maxima fatuitate detentos qui ad tam grauia dispendia personarum eorum et rerum se submittere noluerunt a quibus potuerunt tamen se salubriter abstinere. Eadem autem nocte aer obductus multa caligine tenebrarum in umbras aquosas diffunditur